multominus possumus tã pari ꝛ idonei fieri vt possumus iugiter deo adherere Quĩ quãdiu sumus in corpore peregrinamur a deo Sz isti sunt gradus ꝛ profectus qbꝫ nostra fragilitas ascensiones debet disponere ꝛ successiue qñtum poterit pficere ascendendo.

## ¶ De tribus quibus sustentatur et promouetur spiritalis ascensio. scz lectione meditatõe ꝛ orõe. Ca. xliij

Erum qꝛ non est hũane fragilitatis cordis sp insistere ascensionibus ꝛ spũalibꝫ affectionibꝫ et exercitijs ꝛ difficilie est ascendẽti nũqꝫ descendere. nisi habeat in quo fatigatus requiescat. nisi cibũ secum habeat quo sustentetur in via. Jõ sicut supius tribꝫ descensibꝫ triplicẽ possum⁹ discussionẽ p ipoꝝ descẽsuum pleniori habenda noticia. Jta iam erecta scala ascensionũ tria assignemus sustẽtamenta in qbꝫ quiescere valeas fatigatus. qbꝫ possis te reficere deficientẽ in via Sũt aũt tria ista. lectio. meditatio. oratio His tribꝫ innititur ꝛ pficitur om̃e spũale exercitiũ. Hec sunt quasi quidam cibꝫ in via Quĩ sicut deus dedit corpi panẽ vinumꝛc̃. ad sustentatõem suam. ita pmissa tria ꝯtulit deus aĩe in hac pegrinatione p sua refectõe vt dicit Aug⁹. Lectio aũt magis ptinet ad pmũ ascensionis gradũ q in timore pficit Nã lectio ẜm Hugo. ad incipientes ptinet. q vtiqꝫ in pmo gradu a timore ꝯcipiũt ꝛ perturiunt spiritum salutis Meditatio magis spectat ad secundũ gradum. id est proficientes q iam lectionibꝫ instructi sciunt secum in corde suo deambulare Oratio vero quãuis ad omnes spectet ascẽsus. precipue tamen ꝛ proprie ipsis cougruit qui in

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-i-44-3/0074
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG